



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCLII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

testi. Ita determinat glo. in d. §. poenales. in ver. patronum. quam ibi sequitur Gome. nume. 25. Insti. de actio. De iure regio probatur in l. ij. in ij. par. iij.

4 Quarto limita, quando filius esset natus ex patre, qui habebat duas vel plures concubinas: tunc filius natus ab vna de illis concubinis bene potest uocare patrem suum in ius sine venia. Ita tenet Odo. in l. quique. §. prætor ait. nu. 3. ff. de in ius voca. motus: quia tunc non dicitur filius naturalis, sed spurius. Authen. licet. in verb. solo. de natu. libe. quem refert Iaf. in d. §. poenales. nu. 62. ubi reprehendit, & bene, supra dictam limitationem. Pro qua opi. contra Odo. est tex. in l. xj. Tauri. Facit quod supra dixi in reg. cccl. in xj. limitatione.

5 Quinto limita, in casibus, in quibus pater cogitur emancipare filium, de quibus in l. si lenones. C. de episcopa. audien. Ita expresse tenet Petrus de Bellaper. in l. fin. in princ. C. de in ius voc. quem sequitur ibi Lancel. Deci. & ante eos tenuit gl. si. & ibi Cy. in d. l. si.

Contra quam limitationem tenet expresse Nicola. de Neap. in d. §. poenales col. vij. Insti. de actio. quem sequitur Pu. pur. in supra dicto tra. nu. 39. Cæpol. in cautela cxv. num. 3. Claudius de Seyffelo. in d. l. si. num. 1. C. de in ius vocan. & ibi Cur. Iun. num. 5. Pro qua opi. est text. in l. sed si hac. in §. prætor ait. ff. de in ius vocan. ubi licet ex graui iniuria permittatur filio agere contra patrem etiam actione famosa, tamen hoc debet causa cognita impetrari a prætore.

REGVLA CCCLII.

FILII naturales faciunt defcere conditionem fideicommissi. Hanc regulam probat text. & ibi Barto. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & ibi gl. si. ubi allegat tex. in l. generaliter. in §. cum autem. C. de Insti. & substi. glo. in c. in presentia. de proba. & in c. Raynaldus. de testamen. & ita concludunt docto. in §. si quis rogatus. & Cano. in d. cap. in presentia. præter Deci. qui in hoc reprobatur a Ripa in d. §. si quis rogatus. nume. 15. qui dicit hanc esse communem opin. Circa quam regulam vide Parisium in repeti. d. c. in presentia. nume. 50. cum alijs Hierony. Gra. in consil. xxix. num. 43. vol. ij.

Hanc regulam, ubi notabi. eam declarat, limitat octo modis Ripa in d. §. si quis rogatus, a nume. 15. vsque ad nume. 31. ff. ad Trebellia.

REGVLA CCCLIII.

FILIUS familias, quamuis habeat liberam administrationem, non potest donare. Tex. est & ibi gl. vide allegat cõcordantes, in §.